





Nouam prouinciam
VIRO

Praenobilissimo, Amplissimo, Doctissimoque,

DOMINO

M. IOANNI FRIEDLIEB
STVBELIO,

COLLEGAE HVC VSQVE III.

NVNC CON-RECTORI MERITISSIMO

decretam

impense gratulatur

IOANNES FRIDERICVS LENDRICHIVS,

Delitianus.

NVMBV RGI,

Typis BALTHASAR. BOSSOEGELII privi. Typogr.





ergo fideles fiftite lacrimas,
Triftes Salani littoris adcolae,
Quas, inftar undantis fluenti,
Per geminas fluitare malas
Vestri dederunt funera SCHR AMMII!
Ergo querelas ponite lugubres,
Sat fletibus, curisque uefttris,
Satque datum est querulo dolori!
Ceffant fragores aetheris, effèrum
Ceffat procellae murmur, et imbrium
Oblitus Aufter turbulentos
Dedidicit placidus furores.
Discusfit umbras, pulcrior adfpici
Titan, graues et triftè micantium
Atlantidum ftellas, et, auro
Splendidior, radiare vultu

Coepit sereno. Flebilibus modis,
O Porta, tandem desine conqueri,
 Quem faeva dilectum magistrum
 E cathedris Libitina tristi
Iunxit feretro, nec reuocabilem
Votis tuorum sustulit ocyus.
 Adsurgere tandem, quid moraris
 Ter geminos iterare plausus,
Cum multa surgant nunc tibi gaudia?
Adsurgere, vultus indue candidos,
 Notaque Cressa digniorem
 Et meliore diem lapillo
Dimitte festis plausibus, et bona
Condigna luce hac dic, age, carmina,
 Intende neruos, nam iuuabit
 Barbiton ingeminasse, et ore
Inflasse buxos. Quem penetralibus
Ex auspiciis duxit, et atriis
 Post eruditis educauit
 STVBELIVM, gremioque fouit
Pallas benigno, nunc noua munera
Adsignat, orbas scandere et exedras,
 Et voce docta personare
 Heu! viduata cupit magistro

Delubra Phoebi. Plaudite, plaudite,
Efferte voces ter resonabiles,
Quoscumque Parnasfi per altum
Aufpice STVBELIO cacumen
Raptat cupido. Num mihi vellitis
Aurem? monentes: rumpito iam moras!
Differre noli vota nostris
Iam tua consociare votis!
Sic destinatos, Vir Venerabilis,
Adsume honores, munera, quae Tuis
Virtutibus iuste parantur,
Auspiciis cape gloriosis:
His perfruaris laetus honoribus,
Semperque fingas, pollice Daedalo,
Mentes, inoffenso beatus
Curriculo videas senectam.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





Nouam prouinciam
 VIRO
 Praenobilissimo, Amplissimo, Doctissimoque,
 DOMINO
 M. IOANNI FRIEDLIEB

SEYDELIO,
 COL... QUE III.
 NVNC C... ERITISSIMO

IOANNES... ENDRICHIVS,
 Typis... I privil. Typogr.

